

V M B R I A.

incredibile nostratis videtur. sed productæ in conspectum (verba Pighii sunt) vastæ magnitudinis rapæ xxx librarum amplius pondo, quarum septenæ justo pondere alium onerare queant, fidem fecere. Nec non Plinius quadraginta librarum sese vidisse affirmat libro *Quantitas.* xviii natural. historiæ. Vrbem olim fuisse maiorem, veterum ædificiorum ruinæ, quæ circa sunt, loquuntur. In foro statua conspicitur, cu-

*Clari viri.* jus basi incisum : NEPTVNO SACRVM.

ingenia magno numero tulit : cum primis Ioan-  
nem Marcellinum, virum doctum & prudentem,  
Apostolicæ Cameræ quondam Auditorem.  
Commendantur hujus urbis columbæ cum ob-  
insignem magnitudinem, tum ob carnis præ-  
stantiam. Episcopatus gaudet titulo. Vinum no-  
tæ optimæ Vernaccia. Spoletio versus Solis occa-  
sum, haud procul Tiberi vetusta civitas in colle  
*Episcopatu-*  
*Tuder, ho-*  
*die Todii.*

Sed domus haud obscura Tuder.  
qui Tudertes Martem coluisse ait libro 8 :

Et haud parci Martem coluisse Tudertes.

*Situs.*

Situm est in ameno fructiferoque colle. Ci-  
vilibus discordiis hoc tempore propemodum  
subversum jacet, indignissime acceptum avo-  
rum memoria ab Altotello, indigno patriæ a-  
lumno; de cuius immanissimo tandem supplicio  
legendus Leander. Episcopatus claret honore.  
Tuder ortu suo illustravit *Martinus IP.* M. ut Pla-  
tina & Petrarcha notant : Blondus *Martium*  
III dicit. Natus etiam hic *Antonius*, vir Græce  
Latineque doctissimus; testantibus id aliquot  
Plutarchi vitis, Latio ab ipso donatis. Inter Ti-  
berim & Narim antiqua civitas est *Amelia* in  
colle: sic vulgo audit, quæ *Ameria* Ciceroni,  
Plinio libro IIII, cap. XIV. oppidani inde dicun-  
tur Amerini. Silius lib. VIIII:

His populi fortes Amerinus & armis  
Vel rastris laudande Camers.

*Amelia*  
*olim Ame-  
ria.*

Ameriam Cato apud Plinium loco indicato  
prodit ante Persei bellum conditam annis  
1000CLXIV. Bellum id initium cœpit A. Hosti-  
lio Mancino, & C. Atilio Serrano consulibus,  
Anno urbis Romæ 10LXXXI, ante natum Ie-  
sum CLXXII. Condita igitur fuit Ameria an-

nis ante ipsam Romanam CCCLXXXIII; ante na-  
tum Christum 10CXXXVII. Ortus *Ameria Ro-*  
*Clari vi-*  
*scius*, quem sua facundia defendit M. Tullius.  
Episcopatu dat sedem. *Ager Amerinus* ( qui lege  
*Episcopau-*  
*Imp. Augusti adsignatur Veteranis apud Fron-*  
*tinum de Coloniis) uber est, & bonus, frumen-  
*tu-*  
*to, vino, oleo abundans, collibusque nitens*  
*amoenis; qui vitibus & arboribus fructiferis*  
*passim vestiti. Virgilius i Georg.**

Atque Amerina parat lenta retinacula viti.

Sunt quoque inter Tudertum & Narniam op-  
pidula varia, *Castellum Tudertinum*, *Castel Tudino*:  
*Cesia* opidum, *Ciesa vulgo*; & *Aqua Sparta*.

Ad exitum deinde Via Flaminia pons ex la-  
tere coësto Naris ad Narniam transitum jungit. *Pomes Na-*  
Nec procul eodem in amne grandissimis innixi  
pilis arcus quidam ingentes adparent nobilis ac  
vetusti pontis, mirabili arte facti ex lapide qua-  
drato permagno; quo ab collis, qui citra flumen  
est, radicibus per amnem ad Narniam com-  
meabatur. Maximum id opus fuisse indicant  
rudera. Celebratur à Martiale lib VI epi-  
grammat.

*Sed jam parce mihi, nec abutor Narnia Quinto,*  
*Perpetuo liceat sic mihi Ponte frui.*

Scribit & Procopius lib. i belli Gothic. haud  
unquam Pontis Arcus altiores sibi visos. Ædi-  
ficiatum ex Cimbricis spoliis ab Augusto cla-  
mant Narnenses.

*Reate.*

Reate, vulgo Rieti, inter primarias olim urbes  
Sabinorum fuit, cuius vetustissima est origo.  
quippe quam Aborigenes, à Sabinis urbe sua  
Lifia pullos intra sece recepisse, Dionys. lib. i te-  
statur. quod ante bellum Trojanum factum  
est. Municipium fuit, dicatum magna Matri.  
Patria fuit D. Columbae, que anno 1010 Pe-  
rusiæ obiit: *Thoma Moreni*, & aliorum. Reatinos  
multos laudat Strabo. Mulam ibidem peperisse  
memorat Livius. Agrum Reatinum Varro Ita-  
lia sumen vocavit, cuius tanta est fœcunditas, ut  
pertica in eo relicta postridie non appareat,  
propter herbam, qua conveftita est. Hinc Rea-  
tina paludes.

Ducatus Spoletinus & Marca Anconitana,  
junctim Legationem constituunt.

